



SACERDOS
CUM LAVAT MANUS
DICAT.

Lavabo inter innocentes manus meas : et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domûs tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam : et cum viris sanguinum vitam meam :

In quorum manibus iniquitates sunt : dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum ; redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo ; in ecclesiis benedicam te Domine.

Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto
Sicut erat in principio, et nunc . et semper,
et in sæcula sæculorum. Amen.